Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



51

sed gloriam tamquam unigeniti a patre plenogratiae & ueritatis
N. ē. uerbum istud quod suscepit ecclesia In quo credit per quod &
saluabitur. Uerbum quod in principio erat apud dm̄. d s̄ uerbū
cui gloria & imperium in saecula saeculorum. amen.

XI. OCTB DEOO QUOOSCRIPTUOM. Ē. ULULATE
SCULPTALIA IN HIERUSALEM & IN SAMARIA
USQUE ADOOM LOCOOM IN QUO AIT
& commouebo aut ait quae
INHABITA NTUR.

Olim quidem quando peccauit populus. prior excidit
a religione. & sculptalia fabricatus. ē. iudas. in hie
rusalem. & israhel uocabatur in samaria.
Si autē & nunc aliquis consideret & ex multitudine
eorum qui colliguntur peccatores non pigebit
eū dicere. quia unusquisq: dm̄ faciens quod aestimat. ēe. bonū.
& seruiens peccato maledictus. ē. faciens sculptile. & conflans
opus manuum artificis & ponens illud in abscondo; In abscondo
quippe cordis multa faciemus idola si peccemus. Unde sermo
nos edocet paenitentiam agere super sculptilib: & idolis quae s̄
in hierusalem & samaria; Et si quidem nos peccemus. qui
ēe. de ecclesia cupimus in hierusalem facimus sculptalia. si uero
hi qui foris ecclesiā constituti s̄. quomodo heretici peccauerint.
faciunt idola in samaria; Uerum tamen omnis iuxta suam
bonitatem ad paenitentiam uocat dicens. ululate sculptalia
in hierusalem & in samaria; Quemadmodum & enim sec
samariae & in manufactis eius. ita faciam & in hierusalem
& idolis eius; Comminatur quaecumq: fecit samaritanis
& iam his qui de ecclesias. cum autem consummauerit dns
omnia faciens in monte sion & in hierusalem. inducet super
eos summum magnum principem assiriorum. & super altitudinē